

nunc redivivum, del' Esprit: In Anglia Collegium Londinense Medicorum & nobilis illa Societas Britannica cui primarii quique totius regni eruditissimi- que Viri intersunt, ex qua nuperrimè prodiit *R. Hooke Micrographia* seu de rebus non nudo, sed armato per Microscopium visu spectabilibus: In Germania Collegium Medicorum Naturæ Curiosorum; nomine, Curioso illi Gallico, cujus meditationes in Germanicum nuper versæ, consonans. Ita decebat & Istos per Germaniam præsertim qui in Academiis otio fruuntur ad rem tam præclaram qualis est Index Juris Universalis, seu Loci Communes Juris, conspirare. Neque enim facile creditu est, quantum conjunctæ vires possint. Hinc Romano Catholicis præclara edendi magna commoditas est, in libro enim qui unius hominis nomine prodit, sæpe laborant tota Monasteria. Ita *David Doringius* Bibliothecam Juris Universalem laudabili magis voluntate